

Pars Hypocritarum fletus & stridor dentium. Matr. 24. 51
 Væ vobis, quia estis ut monumenta quæ non apparent, & homines ambulantes supra, ne-
 sciunt. *Luc. 11. 44. Gal. 2. 13*
 Attendite a fermento Pharisorum, quod est hypocrisis. *Ibid. 12. 1*
 Phariseus stans, hæc apud se orabat: Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut ceteri ho-
 mines: raptores, iniusti, adulteri: velut etiam hic Publicanus. Jejuno bis in Sabbato: de-
 cimas de omnium quæ possideo, &c. *Ibid. 18. 11*
 Vir autem quidam nomine Ananias, cum Saphira uxore sua, vendidit agrum & fraudavit de pre-
 tio agri, conscia uxore, &c. Audiens autem verba Petri cecidit & expiravit. *Act. 5. 1. Cap. 8. 18*
 Spiritus autem manifeste dicit: quia in novissimis temporibus discedent quidam a fide, at-
 tendentes Spiritibus erroris, & doctrinis Daemoniorum, in hypocrisis loquentium mendacium,
 & cæteritatem habentium suam conscientiam, &c. *1. Tim. 4. 1*
 Hoc autem scito, quod in novissimis diebus instabunt tempora periculosa: erunt homines
 seipso amantes, cupidi, elati, &c. *2. Tim. 3. 1*. Habentes speciem quidem pietatis, virtu-
 tem autem ejus abnegantes. Et hos devota. *v. 5*
 Ab omni specie mala abstinete vos. *1. Thess. 5. 22*
 Deponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationes, & invidias, & om-
 nes detractiones. Sicut modo geniti infantes, rationale sermo dolo lac concupiscite, ut in eo
 crescatis in salutem. *1. Pet. 2. 1*

Hypocrisis conditio.

Quia omnis hypocrita est nequam. *Ista. 9. 17*
 Qui dicunt, Recede a me, non appropinques mihi, quia immundus es: isti fumuserunt
 in furore meo, ignis ardens tota die. *Ibid. 65. 5*
 Omnia vero opera sua faciunt, ut videantur ab hominibus, &c. *Matr. 23. 5*
 Væ vobis Scribæ & Pharisei, hypocrity: quia similes estis sepulcris dealbatis, quæ a for-
 parent hominibus speciosa, intus vero plena funt ossibus mortuorum, & omni spurcicia.
 Sic & vos a foris quidem parietis hominibus iusti: intus autem pleni estis hypocrisis & iniqui-
 tate. *Ibid. v. 27*
 Vos estis, qui justificatis vos coram hominibus. Deus autem novit corda vestra. *Luc. 16. 15*
 Ipse enim Satanas transfiguratus se in Angelum lucis. Non est ergo magnum, si ministri ejus transi-
 guntur velut ministri iustitie: quorum animis erit secundum opera ipsorum. *2. Cor. 11. 14*

Finitio.

Spes hypocrite peribit: Non ei placebit recordia sua, & sicut tela araneorum fiducia ejus.
Job. 8. 13
 Non enim veniet in conspectu ejus omnis hypocrita. *Ib. 13. 16*
 Congregatio enim hypocrite, sterilis, & ignis devorabit tabernacula eorum. *Ibid. 15. 34*
 Et gaudium hypocrite ad instar puncti. Si ascenderit usque ad cælum superbia ejus & caput ejus nu-
 bes tetigerit: quasi sterquilinum in sine perdetur: & qui eum viderant, dicent: Ubi est? velut soni-
 tium ayolans non invenietur, transiet sicut visio nocturna. *Ibid. 20. 5*
 Filii ejus atterentur egestate, & manus illius reddent ei dolorem suum, &c. *Ibid. v. 10*
 Quæ est enim spes hypocrite, si avare rapiat, & non liberet Deus animam ejus? Numquid
 Deus audiet clamorem ejus, cum venerit super eum angustia? *Ib. 27. 8*
 Cor ingreditur duas vias, non habebit successus. *Ecclesi. 3. 28*
 Vidi impios sepultos: qui etiam cum adhuc viverent, in loco sancto erant, & laudabantur
 in civitate quasi iustorum operum; sed & hoc vanitas est. *Ecclesi. 8. 10*
 Væ illis, qui devorant domos viduarum sub obtentu prolifica orationis, hi accipient prolificæ iudicium.
Matr. 23. 14
 Partemque ejus poscet cum hypocritis: illic erit fletus, & stridor dentium. *Ib. 24. 51*

TITULUS I.

Janantia. Vide & Arrogantia.

Gaal filius Obed dicebat sociis: Quis est Abimelech, & quæ est Sichem, ut serviamus eis? - Ut
 nam daret aliquis populum istum sub manu mea, ut auferrem, &c. *Judic. 9. 28*
 Nolite multiplicare loqui sublimia, gloriantes. *1. Reg. 7. 3*
 Goliath Philistinæ exprobravit exercitui Israël, ut aliquis veniret cum eo ad singularem certamen.
Reg. 17. 10
 Mandat rex Syria misit nunquos regi Israël, & ait: Hæc faciunt mihi Dii, & hæc addant, si
 suffecerit pulvis Samaritæ pugillis omnis populi, qui sequitur me. Sed pulvere responsum est ei:
 Ne gloriatur accinctus, aquæ ut discinctus: &c. *3. Reg. 20. 10. Vide totum caput. Vide & Isaia*
c. 10. & 14. Jerem. 48. 7

*Grandia verba & janantia dixit Rasfares: Numquid liberaverunt Dii gentium terram suam de
 manu Regis Assyriorum? &c. 4. Reg. 18. 33*
 Superbiam nunquam in tuo sensu, aut in tuo verbo dominari permittas. Nam superbia con-
 judicis est interitum, multaque perturbatio. *Tob. 4. 14*
 Hiloforus dixit Achior: Cum percußerimus eos omnes, sicut hominem unum, tunc & ipse
 cum illis Assyriorum gladio interibis. *Judith. 6. 3*
 Aman invitatus ad convivium Esther, vocavit amicos & uxorem suam, Et exposuit illis magni-
 tudinem divitiarum suarum filiorumque turbam &c. Quod apud Reginam solus cum rege transle-
 re debuit. Sed nota, quod suspensus fuit in crastino, in eadem trabe, quam paraverat Mardocheus.
Esther. 5. 11
 Disperdat Dominus universa labia dolosa, & linguam magniloquam. *Psal. 11. 4*
 Laudet te alienus, & non os tuum: extraneus, & non labia tua. *Prov. 27. 2*
 Et quis est Deus, qui eripiat vos de manu mea? *Dan. 3. 15. Vide & Cap. 4. 27*
 Tunc auferam de medio tui magniloquos superbiae tuæ, & non adicies exaltari amplius in
 monte sancto meo. *Soph. 3. 11*
 Auditus Seron, quod congregavit Judas Ecclesiam fidelium, Et ait: Faciam mihi nomen, & glo-
 rificabor in regno, debellabo Judam &c. sed ipse e contra cito fuit debellatus ab eo. *1. Mach. 3. 14*
 Demetrius misit ad Jonathanem, dicens: Descende ad nos in campum, & comparemus illic in-
 vicem, quia mecum est virtus bellorum, interroga, & discite quis sum ego, &c. Sed paulo post
 male successit ei. *Ibid. 10. 71*

Nicanor pugnavit contra Judam, vocavit negotiatores, promittens se nonaginta mancipia (Ja-
 daorum) talento distructurum, non respiciens ad vindictam, quæ eum ab Omnipotente esset
 consecuturus. *2. Mach. 8. 11*
 Antiochus superbe locutus se venturum Jeroſolymam, & congeriem squaleri Judæorum tam facturum,
 a Deo graviter puniendus est. *Ibid. 9. 4*
 Nicanor infelix interrogavit Judæos, si est potens in celo, qui imperavit agi diem Sabba-
 torum? Et respondentibus illis: Est Dominus virtus ipse in celo potens qui iussit agi septi-
 mam diem. At ille ait: Et ego potens sum super terram, &c. *Ibid. 15. 3*
 Petrus valde audacter dixit Domino: Et si omnes scandalizati fuerint in te, sed non ego: sed
 postea longe aliter accidit. *Matr. 14. 29*
 Contra iactantes se, & arrogantes, inducit Dominus exemplum illius Pharisæi dicens: Non sum fic-
 tur ceteri hominum &c. *Luc. 18. 12*
 Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. *Rom. 1. 22*
 Non enim audent inferere, aut comparare nos quibusdam, qui se ipsos commendant: sed ipsi
 in nobis nosmetipsos metentes, & comparantes nosmetipsos nobis, &c. *2. Cor. 10. 12*
 Non enim qui se ipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat. *Ibid. v. 18*
 Lingua modicum quidem membrum est, & magna exaltat (& etiam parva) &c. *Jacob. 3. 5*

TITULUS II.

*Idolatratia.
 Idololatria prohibito stricta.*

Non facietis deos argenteos, nec deos aureos facietis vobis. *Exod. 20. 23. Lev. 26. 1*
 Non adorabis deos eorum, nec coles eos: non facies opera eorum, &c. *Ibid. 23. 24*
 Noli adorare Deum alienum. *Ibid. 34. 14*
 Nolite converti ad idola, nec Deos constatiles facietis vobis. Ego Dominus Deus vester. *Levit. 19. 4*
 Non vidistis aliquam similitudinem, in die qua locutus est vobis Dominus in Horeb de me-
 dio ignis: ne forte decepti facietis vobis sculptam similitudinem, aut imaginem masculi vel
 femine, similitudinem omnium jumentorum, quæ sunt super terram, vel avium fuscæ celo
 volantium, atque reptilium quæ moventur in terra, sive piscium, qui sub terra morantur in
 aquis: ne forte elevatis oculis ad calum, videas Solem & Lunam, & omnia astra cæli, & er-
 rore deceptus adores ea, & colas. *Deut. 4. 15. Exod. 34. 17. item c. 20. 4*
 Non plantabis lucum, & omnem arborem juxta altare Domini Dei tui. Nec facies tibi,
 neque consilius statuum: quæ odit Dominus Deus tuus. *Ibid. 16. 21. Ezech. 23*
 Fornicatusque est omnis Israel in eo (*Ephraim, quod fuerat Gedeon*) & factum est Gedeoni &
 omni domui ejus in ruinam. *Judic. 8. 27*
 Non erit in te Deus recens: neque adorabis Deum alienum. *Psal. 80. 10*
 Quoniam omnes Dii Gentium damonia. *Ibid. 95. 6*
 Cui ergo similem fecistis Deum? aut quam imaginem ponetis ei? Numquid sculptile conflabit fa-
 ber? aut aurifex auro figurabit illud, & lamini argentei argentarius? *Ista. 40. 18*
 Neque idololatraz efficiamini. *1. Cor. 10. 7*

Conjunctio una.

Mortuo Jofue filio Naa Feceruntque Filii Israel malum in conspectu Domini, & servierunt Baalim. Ac dimiserunt Dominum Deum patrum suorum. *Judit. 2. 11*

Namquid ultores estis Baal, ut pugnetis pro eo? -- Si Deus est, vindicet se de eo, qui suscitavit aram ejus. *Ibid. 6. 31*

Cumque jam esset senex (*Salomon sapiens*) depravatam est cor ejus per mulieres, ut sequeretur Deos alienos. *3. Reg. 11. 4*

Et excogitato consilio (*Jeroboam*) fecit duos vitulos aureos & dixit eis: Ecce Dii tui Israel, qui te educent de terra *Aegypti*. *Ibid. 10. 28*

Nec fufficit ei (*Abiab regi Israel*), ut ambularet in peccatis Jeroboam filii Nabat -- *3. Reg. 16. 31. sed insuper servivit Baal, & adoravit eam. 4. Reg. 16. 17*

Manses Rex Juda crexit aras Baal -- & adoravit omnem militiam cali, & coluit eam. *4. Reg. 23. 3*

Simulacra gentium, argentum, & aurum, opera manuum hominum. Os habent & non loquentur: oculos habent, & non videbunt: aures habent, & non audient: nares habent, & non odorabunt: manus habent, & non palpabunt: pedes habent, & non ambulabunt. *Eccl. 12. 13.*

4. Psal. 134. 15. Sap. 15. 15.

Infelices autem sunt, & inter mortuos spes illorum est, qui appellaverunt Deos opera manuum hominum, aurum, & argentum, artis inventionem, & similitudines aut animalium, aut lapidem inutilem, opus manus antiquae. *Sap. 13. 10*

Non erubescit loqui cum illo, qui sine anima est: & pro sanitate quidem infirmam deprecatur, & pro vita rogat mortuum, & in adjutorium inutilem invocat: & pro itinere petit ab eo, qui ambulare non potest, & de adquirendo, & de operando, & de omnium retumescendo petit ab eo, qui in omnibus est inutilis. *Ibid. v. 17*

Infandorum enim idolorum cultura omnis mali causa est, & initium & finis. Aut enim dum letantur infaniam: aut certe vaticinantur falsa, aut vivunt injuste, aut pejerant cito. *Ibid. 14. 27*

Namquid est Deus absque me, & formator quem ego non noverim? Plaste idoli omnes nihil sunt, & amantissima eorum, non proderunt eis: ipsi sunt testes eorum, qui non vident, neque intelligunt, ut confundantur. *Ibid. 44. 8*

Qui assimilatis me, & aequalis, & comparastis me, & effecistis similem? Qui confertis aurum de saculo, & argentum statera ponderatis: conducentes artificem, ut faciat Deum: & prociidunt & adorant. Portant illum in humeris gestantes, & ponentes in loco suo: & stabit, ac de loco suo non movebitur. *Eccl. 16. 46. 5. Baruch. 6. 15*

Sed & cum clamaverint ad eum, non audiet: de tribulatione non salvabit eos. Mementote istud, & confundimini: redite praevicatoribus ad cor. *Ibid. v. 7*

Nabuchodonosor facit statuas aureas, & praecipit ut omnis populus, tribus, & linguis cadentes adoraret eam. *Dan. 3. 1*

Darius praeparavit edictum: quod nullus intra triginta dies petere aliquid a quocumque Deo vel homine, nisi ab ipso *Dario* rege. *Ibid. 6. 7*

Erat idolum in *Babylone*, quod rex quotidie adorabat: quod cum *Daniel* subvertisset, *Babylonii* Draconem adoraverunt. *Ibid. 14. 3. Ibid. v. 22*

Antiochus iussit adorari idola, edificari aras & templa, & immolari carni saecula, & relinquere festos suos iudeoconsecratos. *1. Mach. 1. 50*

Cum *Paulus* maneret *Atornis*, incandescerat spiritus ejus, cum videret simulacrorum cultui dedicatam civitatem. *Act. 17. 16*

Filioli, custodite vos a simulacris. *1. Joan. 5. 21*

Generitricis filios ac nepotes, & morati fueritis in terra, deceptique feceritis vobis aliquam similitudinem, patranes malum coram Domino Deo vestro, ut eum ad incendium provocetis: testes invoco hodie caelum & terram, cito perituros vos esse de terra, quam transiit *Jordane* possidendi estis. *Deut. 4. 25*

Si tibi voluerit persuadere frater tuus, filius matris tuae, aut filius tuus vel filius, five uxor quae est in sinu tuo, aut amicus, quem diligis ut animam tuam, clam dicens: Eamus & serviamus *Dii* alienis, quos ignoramus tu & patres tui, cantantur in circuitu gentium, quae iuxta vel procul sunt, ab initio usque ad finem terrae, non adquisitas ei, nec audias, neque parat et oculus tuus, ut miseraris, & occules eum: sed statim interstites, sit primum manus tua super eum: & postea omnis populus mittat manum. Lapidibus obrutus necabitur, qui voluit te abstrahere a Domino Deo tuo. *Ibid. 13. 6*

Maledictus homo, qui facit sculptiles, & constatile, adorationem Domini, opus manuum artificum, ponetque illud in abscondito. *Ibid. 17. 15*

Confundantur omnes, qui adorant sculptilia: & qui gloriantur in simulacris suis. *Psal. 96. 7*

Gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam sculptilibus. *Ibid. 42. 8*

Confundantur confusione, qui confidunt in sculptilibus, qui dicunt constatili, Vos dii nostri. *Ibid. v. 17*

Transite

Transite ad insulas *Cethim* -- & videte si factum est hujusmodi. Si mutavit gens deos suos: Et certe ipsi non sunt dii: Populus vero meus mutavit gloriam suam in idolum. Obstupescite cali super hoc, & porta ejus desolamini vehementer, dicit Dominus, &c. *Jerem. 2. 10*

Idolatrie & pars illorum erit in stagno ardenti, &c. *Apo. 21. 8*

Occisio voluptuosa.

ET fornicatus est populus (*Israel*) cum filiabus Moab, quae vocaverunt eos ad sacrificia sua. At illi conderunt deos earum. *Nam. 25. 1*

Surgenteque mane obstruunt holocausta, & hostias pacificas, & sedit populus manducare & bibere, & iuraverunt lucere. *Exod. 32. 6*

Initium enim fornicationis est exquisitio idolorum: & adinventio illorum corruptio vite est. Neque enim erant ab initio, neque erunt in perpetuum. Supervacuitas enim hominum hac advenit, &c. *Sap. 14. 12*

Aceto enim lactu dolens pater, cito sibi rapti filii fecit imaginem: & illum qui tunc quasi homo mortuus fuerat, nunc tanquam Deum colere cepit, & constituit inter servos suos sacra & sacrificia. *Ibid. v. 15*

TITULUS III

Jejunium. Vide Et Abstinencia, Et Quadragesima.

Jejunium Ecclesiasticum.

NUNC ergo dicit Dominus: Convertimini ad me in toto corde vestro, in jejunio, in fletu, & in planctu. *Jos. 2. 12*

Bona est oratio cum jejunio, & eleemosyna, magis quam thesauros auri recondere. *Job. 12. 8*

Cum autem jejunatis, nolite fieri sicut hyprocrite tristes: exterminant enim facies suas, ut appareant hominibus jejunantes. Amen dico vobis, quia receperunt mercedem suam. *Matt. 6. 16*

Veniunt autem dies cum auferetur ab eis sponsus: & tunc jejunabunt in illis diebus. *Marc. 2. 20. Luc. 5. 35*

Quae non dicebat de templo (*loquitur de Anna*) jejunius, & obsecrationibus serviens nocte ac die. *Luc. 2. 37*

Sed in omnibus exhibemus nosmetipsos sicut Dei ministros in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus -- in carceribus -- in laboribus, in vigiliis, in jejunio, in castitate, -- in longanimitate, in spiritu sancto, in caritate non facta, in verbo veritatis, in virtute Dei, &c. *2. Cor. 6. 4*

In labore (*Judas*) & aruma, in vigiliis multis, in fame & siti, in jejunio multis, in frigore, & aestate, &c. *Ibid. 11. 27*

Ministrantibus autem illis *Demiano*, & jejunantibus, dixit illis Spiritus sanctus: Segregate mihi *Saulum* & *Barabam*, in opus ad quod assumpsi eos. Tunc jejunantes & orantes, impotentique eis manus, dimiserunt illos. *Act. 13. 2*

Vigilum est enim Spiritus sanctus, & nobis, nihil ultra imponere vobis oneris, quam haec necessaria: ut abstinete vos ab immolatis simulacrorum, & sanguine, & suffocato. *Ibid. 15. 28*

Custodite praecipit *Apostolorum* & seniorum. *v. 41*

Et cum constitissent illis per singulas Ecclesias Presbyteros, & orassent cum jejunationibus, commendaverunt eos Domino, in quem crederent. *Ibid. 14. 22*

Jejunium meritorium.

PRaevalerunt sermones *Jonadab* filii *Rechab*, quos praecipit filius suis, ut non biberent vinum: & non bibeant usque ad diem hanc, quia obediunt praecipio patris sui. *Jerem. 35. 14*

Propterea hac dicit Dominus exercituum, Deus Israel: Non deficiet vir de stirpe *Jonadab* filii *Rechab*, stans in conspectu meo cunctis diebus. *v. 19*

Et exclamavit (*Jonas*) & dixit in Ninive ex ore regis & principum ejus, dicens: Homines & jumenta & boves & pecora non gustent quidquam nec pascantur, & aquam non bibant, &c. *Jona. 3. 7*

Quis scit si convertatur & ignoscat Deus: & revertatur in furor ira sua, & non peribimus? Et vidit Deus opera eorum, quia conversi sunt de via sua mala: & miserus est Deus super malitiam, quam locutus fuerat, ut faceret eis, & non fecit. *v. 9*

Et clamavit omnis populus ad Dominum instantia magna, & humiliaverunt animas suas in jejunio, & orationibus, ipsi & mulieres eorum. *Juath. 4. 8*

Describitur sanctitatis *Juath. 4. 8*. Et in superioribus domus suae fecit sibi cubiculum secretum, in quo cum puellis suis clausa morabatur, & habens super lumbos suos cilicium, jejunabat omnibus diebus vite suae praeter Sabbata, & *Noemias* & testa domus Israel. *Ibid. 8. 5*

Hoc autem genus (*Admonitionum*) non enjicitur nisi per orationem & jejunium. *Matt. 17. 20. Luc. 17. 37*

Tu autem cum jejunas, unge caput tuum, & faciem tuam lava, &c. *Ibid. 6. 17*

Jejunatur pro meritis.

Sicut cum filii sui in pugna cesti corpus evanescat capite in mano *Bathsan* suspenditur, armatus eius in templo *Asheret*. Virt autem *Jabes* ablati *Saul* & filiorum ejus corporibus. *1. Reg. 31. 8*

pellic.

pelierunt in nemore Jabes, & jejunaerunt septem diebus. 1. Reg. c. 31. v. 13. 2. Reg. 1. 11.
1. Paral. 10. 15

Jejunii exempla.

Ingressusque Moyses medium nebulae, ascendit in montem: & fuit ibi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, &c. Exod. 24. 18
Dicitur de illo, quod fuerit ibi cum Domino quadraginta dies, & quadraginta noctes: panem non comedit, & aquam non bibit, & scripsit in tabulis verba foederis decem. *Ibid.* 34. 58

Quando ascendit in montem (ait Moyses) ut acciperem tabulas lapideas, tabulas pacti quod pepigit vobiscum Deus: & perseveravi in monte quadraginta diebus ac noctibus, panem non comedens, & aquam non bibens, &c. *Deut.* 9. 9. Et prociidi ante Dominum sicut prius, quadraginta diebus & noctibus panem non comedens, & aquam non bibens, propter omnem peccata vestra, quae gefistis contra Dominum, & cum ad iracundiam provocatis. v. 18

Quomobrem omnes filii Israel venerunt in domum Dei, & sedentes flebant coram Domino: jejunaerantque die illo usque ad vesperam, & obulerant ei holocausta atque pacificas victimas, & super statu suo interrogaverunt. *Judic.* 20. 26

Et conuenerunt (Israelitae) in Masphath: hauseruntque aquam, & effuderunt in conspectu Domini, & jejunauerunt in die illa, atque dixerunt ibi: Peccavimus Domino. 1. Reg. 7. 6

Hae faciat mihi Deus (iuravit David dicens) & haec addat, si ante occasum solis gustavero panem vel aliud quicquam. 2. Reg. 3. 35

Deprecatusque est David Dominum pro parvulo: & jejunavit David jejuniis & ingressus eorum, sicut super terram. *Ibid.* 13. 16

Ammonitis, ac Moabitibus, ac Syriis contra Josaphat insurgentibus isto praticato jejuniis una cum populo suo supplicavit ad Deum confugit: siquae se unquam edentibus liberatus, spolia collegit. 2. Paral. 20. 10

Et praedicavit ibi jejuniis iuxta fluvium Ahava, ut affligeremur coram Domino Deo nostro, & peteremus ab eo viam rectam nobis & filiis nostris, univertaeque substantiae nostrae. 1. Esdr. 8. 21

Cumque audissem verba hujusmodi (de afflictione magna in Jerusalem eo tempore, eo quod distulissetur populus) sedi, & flevi, & luxi diebus multis, jejunabam, & orabam ante faciem Dei cali. 2. Esdr. 1. 4

Lacus Mardochae ac reliquorum Judaeorum ob paratum istis incertum. Esther autem iussu Mardochae Judaeorum nece occurrentis, & non vocata ad regem ingressura, iuberet cum jejuniis pro se friduo orari, ideam iste faciente. *Esdr.* 4. 16

Ego autem cum mihi molesti essent, inducebar cilicio. Humiliabam in jejuniis antimum meum: & oratio mea in sinu meo convertetur. *Esdr.* 34. 13

Praedicaverunt (Jeremias & Baruch) jejuniis in conspectu Domini omni populo in Jerusalem, & univertae multitudini, quae confluerat de civitatibus Juda in Jerusalem. 7. Jerem. 36. 9

Panem desiderabilem non comedi, & caro & vinum non introierunt in os meum, sed neque unguento unctus sum: donec compleretur trium hebdomadarum dies. *Dan.* 10. 3

Et crediderunt viri Ninivite in Deum: & praedicaverunt jejuniis, & vestiti sunt facies a majore usque ad minorem. *Jona* 3. 5

Et fecerunt filii Israel secundum quod constituerat eis Sacerdos Domini Eliachim. Et clamavit omnis populus ad Dominum instantia magna, & humiliaverunt animas suas in jejuniis & orationibus, ipsi & mulieres eorum. *Judith.* 4. 7. & *Cap.* 8. 5

Numquid & occidere me vis sicut jam occidisti septem viros? Ad hanc vocem perrexit in superius cubicalium domus sua: & tribus diebus & tribus noctibus non manducavit neque bibit: sed in oratione persistens cum lacrimis deprecabatur Deum, ut ab isto improperio liberaret eam. *Tob.* 3. 40

Et cum jejunasset (Jesus) quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea eversit. *Matth.* 4. 2. *Marc.* 1. 13. *Luc.* 4. 1

Tunc accesserunt ad eum discipuli Joannis dicentes: Quare nos, & Pharisei jejunamus frequenter: discipuli autem tui non jejunant? Et ait illis Jesus: Numquid possunt filii sponsi lugere quamdiu cum illis est sponsus? Venient autem dies, cum auferetur ab eis sponus: & tunc jejunabunt. *Ibid.* 9. 14. *Matth.* Luc. 5. 33. *Marc.* 2. 18

Languit de Anna: Et hac vidua usque ad annos 84 quae non discedebat de templo, jejunis & obsecrationibus serviens nocte ac die. *Luc.* 2. 47

Tunc jejunantes, & orantes, imponentesque eis manus, dimiserunt illos. *Act.* 13. 30. 14. 22

Jejunium indicium.

Et viri Israel sociati sunt sibi in die illa, adjuvavit autem Saul populum, dicens: Maledictus vir, qui comederit panem usque ad vesperam, donec ulciscar de inimicis meis. 1. Reg. 14. 24

Josaphat autem timore perterritus, totum se contulit ad rogandum Dominum, & praedicavit jejuniis univertae Juda. 2. Paral. 20. 3

Et crediderunt viri Ninivite in Deum: & praedicaverunt jejuniis, & vestiti sunt facies a majore usque ad minorem, & pervenit verbum ad regem Ninive: & surrexit de suo loco, & abje-

abiecit vestimentum suum a se, & indutus est sacco, & sedit in cinere. Et exclamavit & dixit in Ninive ex ore regis, & principum ejus, dicens: Homines & jumenta & boves, & pecora non gustent quicquam, nec pascantur, & aquam non bibant. Et operiantur facies homines, & jumenta, & element ad Dominum in fortitudine, & convertatur vir a via sua mala, & ab iniquitate, quae est in manibus eorum, &c. *Jona* 3. 5

Et praedicavit ibi jejuniis iuxta fluvium Ahava, ut affligeremur coram Domino Deo nostro, & peteremus ab eo viam rectam nobis & filiis nostris, univertaeque substantiae nostrae. 1. Esdr. 8. 21

Vade & congrega omnes Judaeos, quos in Susa repereris, & orate pro me (ait Esther). Non comedatis, & non bibatis tribus diebus & tribus noctibus: & ego cum ancillis meis similiter jejunabo, & tunc ingrediar ad regem, contra legem faciens, non vocata, tradensque me morti & periculo. *Esdr.* 4. 16

TITULUS IV.

Jerusalem.

Jerusalem spiritualis, Ecclesia sancta.

Jerusalem quae aedificatur ut civitas, cujus participatio ejus in idipsum. *Psal.* 137. 3
Respice Sion civitatem sollemnitate nostra: oculi videbunt Jerusalem habitationem operulentam, tabernaculum quod nequaquam transferri poterit: nec auferentur clavi ejus in sempternum, & omnes funiculi ejus non rumpeantur: quia solummodo ibi magnificus est Dominus noster, &c. *Isa.* 33. 20

Patpercula, tempestate convulsa, absque ulla consolatione. Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in sapphiris, & ponam jaspideum propugnaculum tuum: & portas tuas in lapides sculpseris, & omnes terminos tuos in lapides desiderabiles, &c. *Ibid.* 54. 11

Ecclesiam ad exultationem hortatur, quod in ea Domini gloria refulcat, ad quam accessura sunt plurima nationes, & quae ad eam non venerunt veniunt, in qua pax, iustitia, & laus Dei inveniantur, ablati iniquitate: erigunt Dominus in lucem sempiternam, & gloriam. *Ibid.* 60

Super muros tuos Jerusalem constitui custodes, tota die & tota nocte in perpetuum non tacebunt. *Ibid.* 62. 6

Sed gaudebitis, & exultabitis usque in sempiternum, in his quae ego creo: quia ecce ego creo Jerusalem exultationem, & populum ejus gaudium. Et exultabo in Jerusalem & gaudebo in populo meo: & non audietur in eo ultra vox fletus, & vox clamoris. *Ibid.* 65. 18

Anima mea, benedic Dominum, quoniam liberavit Jerusalem civitatem suam a cunctis tribulationibus ejus. *Tob.* 13. 19

Exue te Jerusalem stola luctus, & vexationis tuae: & indue te decore & honore ejus, quae a Deo tibi est, sempiterna gloria: *Baruch.* 5. 1. & v. 7

Illam autem, quae sursum est Jerusalem, libera est, quae est mater nostra. *Gal.* 4. 26. *Hebr.* 11. 10
Sed accessit ad Sion montem, & Ecclesiam primitivorum, qui conscripti sunt in caelis & iudicem omnium Deum, & spiritus iustorum perfecturum. *Hebr.* 12. 22

Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei, & foras non egredietur amplius: & scribam super eum nomen Dei mei, & nomen civitatis Dei mei novae Jerusalem, quae descendit de caelo a Deo meo, & nomen meum novum. *Apoc.* 3. 14

Et ego Joannes vidi sanctam civitatem Jerusalem novam descendentem de caelo a Deo paratam, sicut sponsam oratam viro suo, &c. *Ibid.* 21. 2. Et sustulit me in spiritu in montem magnum, & alium, & ostendit mihi civitatem sanctam Jerusalem descendentem de caelo a Deo, habentem claritatem Dei: & lumen ejus simile lapidi pretioso, tanquam lapidi Jaspidis, sicut crystallum. *Ibid.* v. 10

Cetera Jerusalem & eius incolae.

Propterea haec dicit Dominus Deus Israel: Ecce ego inducam mala super Jerusalem & Judaeam: & quicumque audierit, timiant ambae aures ejus. Et extendam super Jerusalem funiculum Samariae, & pondus domus Achab: & delabo Jerusalem, quae deleri solent tabulae: & delens verum & ducam crebris stylum super faciem ejus. 4. *Reg.* 21. 13

Dixit itaque Dominus: Etiam Judam auferam a facie mea, sicut abtuli Israel: & projeciam civitatem hanc, quam elegi, Jerusalem, & domum Jequa dixi: Erit nomen meum *Ibid.* 23. 27

Ecce enim dominator Dominus exercituum auferet a Jerusalem, & a Javia vallidum, & Iorrem, omne robur panis, & omne robur aquae: fortem & virum bellatorem, iudicem, & Prophetam, & ariolum, & fenerem. *Ibid.* 3. 1

Sermo Domini contra Jerusalem, cuius desertus Propheta vastitatem, & quod neglecto Deo, frustra se mutat ad respiciendum Assyriis: carpuntur quod cum plangere debeant, gula indulgent. *Ibid.* 22

Vae Ariel civitas, quam expugnavit David: additus est annus ad annum: sollemnitate

Ibid. *Isa.* *Bibi.*

evolutz sunt. Et circumvallabo Ariel, & erit tristes & moerens, & erit mihi quasi Ariel, &c. *Isa. 29. 1.* Humiliteris, de terra loqueris, & de humo audivit eloquium tuum: & erit quasi Python de terra vox tua: & de humo eloquium tuum multabit, &c. *Ibid. v. 4.*

Expandi manus meas tota die ad populum incredulum, qui graditur in via non bona post cogitationes suas. *Ibid. 65. 2.*

Hec enim dicit Dominus viro Juda, & Jerusalem: Novate vobis novale, & nolite ferere super spinas: circumcidimini Domino, & auferite praputia cordium vestrorum viri Juda, & habitatores Jerusalem: ne forte egrediatur ut ignis indignatio mea, & succendatur, & non sit qui extinguat propter malitiam cogitationum vestrarum. *Jerem. 4. 3.* Et erit in die illa, dicit Dominus: Peribit cor regis, & cor principum: & obtupefcent Sacerdotes, & Prophetae confternabuntur. *Ibid. v. 9.*

Quod frustra confidant in templo, pessima perpetrantes, & Prophetas audire nolentes, sicut & patres eorum, quapropter accensat templum abjiciendum & terram Juda redigendam in solitudinem, nec profuturam orationem Jeremiae pro eis, nec oblata pro eis sacrificia, &c. Ibid. 7.

Hec dicit Dominus: Sic putrefcere faciam superbiam Juda, & superbiam Jerusalem multam: populum istum pessimum, qui nolunt audire verba mea, & ambulat in pravitate cordis sui, &c. *Ibid. 13. 9.* Hec dicit Dominus: Ecce ego implebo omnes habitatores terrae hujus, & reges qui sedent de stirpe David super thronum ejus, & Sacerdotes & Prophetas, & omnes habitatores Jerusalem, & ebrietate, & disperdam eos, virum a fratre suo, & patres & filios pariter, ait Dominus. *Ibid. v. 13.*

Hec dicit Dominus ad me: Vade, & sta in porta filiorum populi, per quam ingrediuntur reges Juda, & egrediuntur, & in cunctis portis Jerusalem. Et dices ad eos: Audite verbum Domini reges Juda, & omnis Juda, cunctique habitatores Jerusalem, qui ingredimini per portas istas. Hec dicit Dominus: Custodite animas vestras, & nolite portare pondera in die Sabbati, nec inferatis per portas Jerusalem, &c. *Ibid. 17. 19.*

Audite verbum Domini reges Juda, & habitatores Jerusalem: hac dicit Dominus exercituum, Deus Israel. Ecce ego inducam afflictionem super locum istum, ita ut omnis, qui audierit illam, tinniat aures ejus: eo quod dereliquerint me, & alienum fecerint locum istum: & libaverunt in eo Diis alienis, quos nescierunt ipsi, & patres eorum, & reges Juda: & repleverunt locum istum sanguine innocentium, &c. *Ibid. 19. 3.* Propterea ecce dies veniunt dicit Dominus: & non vocabitur amplius locus iste, Topheth, & vallis filii Ennom, sed vallis occisionis. Et dispersabo consilium Juda, & Jerusalem in loco isto: & subvertam eos gladio in conspectu inimicorum suorum, & in manu quarentium animas eorum: & dabo cadavera eorum, escam volatilibus caeli, & bestiis terrae. *Ibid. v. 6.*

Respondet Jeremias nuntiis Sedeciae regis super orationem Nabuchodonosor: Judam vastandam, peste, gladio, fame, & captivitate, solosque eos visuros, qui transfugerint ad Chaldaeos. Ibid. 21. Item c. 25. 8.

Propterea ecce ego tollam vos portans, & derelinquam vos, & civitatem quam dedi vobis, & patribus vestris, a facie mea. Et dabo vos in opprobrium sempiternum, & in ignominiam aeternam, quae nunquam oblivione delebitur. *Ibid. 23. 39.*

Clauferat enim eum (*Jeremiam*) Sedecia rex Juda, dicens: Quare vaticinaris, dicens: Hec dicit Dominus: Ecce ego dabo civitatem istam in manus regis Babylonis (*Nabuchodonosor*) & capiet eam? & Sedecia rex Juda non effugit de manu Chaldaeorum: sed tradetur in manus regis Babylonis, &c. *Ibid. 32. 3. Idem v. 28.*

Hec dicit Dominus Deus Israel: Vade, & loquere ad Sedeciam regem Juda: & dices ad eum: Hec dicit Dominus: Ecce ego tradam civitatem hanc in manus regis Babylonis, & succendet eam igni. Et tu non effugies de manu ejus (*Nabuchodonosor*): sed comprehensione capieris, & in manu ejus traderis: *Ibid. 34. 2. Idem c. 38. 3.*

Domus autem Israel nolunt audire te: quia nolunt audire me: omnis quippe domus Israel attrita fronte est, & duro corde. *Exech. 3. 7.*

Subter Prophetam figurare oblationem Jerusalem, ac dormire super laeus sinistram 390. diebus: super dextram vero 40. ac velle cibum & fide consecutum sibi preparare, quibus deservet calvariam suam Israel, oblationem, & afflictionem habitantium Jerusalem. Ibid. 41.

Per desponsu capiti & barba Prophetam filios Iustitiae Domini, varisque consumptos, designantur Judaei, propter sua peccata, sicut & gladio consumendi, sic ut patres filios, filii patres comedant, reliqui vero in casta privitatem ducendi, ubi sint opprobrium, ac super gentibus, quarum superantur scelera. Ibid. 5.

Sicut de vix praecium lignum soli servit igni, ita Judaei ab iniquitate peccata Jerusalem dicit extendit. Ibid. 15. c. 10. 2. 21. 6.

Varia narrat scelera Jerusalem perpetrata, propter quae dicit se super eos effusurum indignationem suam: & narratque scelera sacerdotum, principum, & pseudoprophetarum ac populi terrae, ac nullus invenit iustum, qui provertendo furore Domini se opponeret, & Ibid. 22. c. 23.

Arguit Jerusalem & praecipue retores ejus: quibus minatur calorem Dei vindictam, quod neque beneficiis neque flagellis sint ad istum conversi. Soppo. 3.

TITULUS V.

Ignorantia.

U^Squequo --- & impruientes odibunt scientiam? *Prov. 1. 22.*

Ubi non est scientia animae, non est bonum. *Ibid. 19. 2.*

Sed & in via stultus ambulans, cum ipsa insipienter sit, omnes stultos asimat. *Eccles. 10. 3.*

Neminem enim diligit Deus, nisi eum, qui cum sapientia inhabitat. *Sap. 7. 18.*

Rex insipiens, perdet populum suum: & civitates inhabitabuntur per sensum potentium. *Eccles. 10. 3.*

Non enudictur, qui non est sapiens in bono. *Eccles. 21. 14.*

Cor fatui quasi vas contractum, & omnem sapientiam non tenebit. *Ibid. v. 17.*

Verbum Domini proiecerunt, & sapientia nulla est in eis. *Jerem. 8. 9.*

Si quis autem fe existimat scire aliquid, nondum cognovit quemadmodum oporteat eum scire. *1. Cor. 8. 2.*

Ignorantia implet admittitur.

V^Ani autem sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei. *Sap. 13. 1.*

Ignorantiam enim Dei quidam habent. *1. Cor. 15. 34.*

Hoc igitur dico, & testificor in Domino, ut jam non ambuletis, sicut & Gentes ambulavit in vanitate sensus sui. *Ephes. 4. 17.*

Graviter puniuntur.

E^T immisit in eos Dominus leones, & ecce interficiunt eos, eo quod ignorent ritum Dei terrae. *4. Reg. 17. 26.*

Et quia nullus intelligit, in aeternum peribunt. *Job 4. 20.*

Omnes, qui me oderunt, diligunt mortem. *Prov. 8. 36.*

Et qui evitat discere, incidet in mala. *Ibid. 17. 16.*

Propterea captivus ductus est populus meus, qui non habuit scientiam. *Isa. 5. 13.*

Non est enim populus sapiens, propterea non miserabitur ejus, qui fecit eum, & qui formavit eum non parcat ei. *Ibid. 27. 11.*

Et quoniam non habuerunt sapientiam, interierunt propter suam insipientiam. *Baruc. 3. 28.*

Quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi: & oblita es legis Dei tui, obliviscar filiorum tuorum & ego. *Osae 4. 6.*

Et populus non intelligens vapulabit. *Ibid. v. 14.*

Si quis autem ignorat, ignorabitur. *1. Co. 14. 38.*

Illuminati dicuntur Baptizati. Hebr. 6. 4. Vide Baptizatus.

Illustratio. Vide Contemplatio.

TITULUS VI.

Imago.

Imagines iusti Deus fieri.

D^Uos autem Cherubim aureos, & productiles facies ex utraque parte oraculi. Cherub unus sit in latere uno, alter in altero. *Exod. 25. 18.*

Fecit serpentem aeneum, & pone eum pro signo: qui percussus aspexerit eum, vivet. Fecit ergo Moyses serpentem aeneum, & posuit eum pro signo: quem cum percussus aspicerent, sanabatur. *Nam. 21. 8. Joan. 3. 14.*

Imagines fecit Salomon.

E^T sculpsit Cherubim, & palmas, & calaturas valde eminentes: operuitque omnia laminis aureis opere quadro ad regulam. *3. Reg. 6. 35.*

Et stabat super duodecim (*salomonis*) boves, ex quibus tres respiciant ad Aquilonem, & tres ad Occidentem, & tres ad Meridiem, & c. *Ibid. 7. 25.* Et inter cornuula & plectra, leones, & boves, & Cherubim: & in iuncturis similiter desuper: & subter leones & boves quasi lora ex aere dependantia. *Ibid. v. 29.* Sculpsit quoque in tabularis illis, quae erant ex aere, & in angulis, Cherubim, & leones, & palmas, quasi in similitudinem hominis stantis, ut non calata, sed apposta per circuitum viderentur. *Ibid. v. 36. Idem cap. 10. 19.*

Fecit etiam (*Salomon*) in domo Sancti Sanctorum Cherubim duos, opere statuario: & texit eos auro. Alia Cherubim viginti cubitis extendebantur, &c. *2. Paral. 3. 10.* Similitudo quoque boum erant subter illud. (*scilicet altare quod servavit Salomon*). *Ibid. v. 14. Idem c. 4. 3.*

Sara unam de ancillis suis pro culpa incipabat, quod illa impatiens ferens admodum injuriose respondit: Amplius ex te non videamus filium aut filiam super tertiam, interfectrix virorum tuorum, Tob. 3. 9

Nuntiatumque est Holoferni --- quod filii Israel prepararent se ad resistendum &c. & furore nimio exaruit in iracundia magna, Judith. 5. 1. Cum cessasset loqui Achior, indignatus est Holofernes vehementer. Vide & v. 26

Pro eo, quod Mardocheus voluit adlocare Aman, ita illa indignatus & impatiens fuit, ut procuraret mortem eius. & omnium Judaeorum. Sed ipsi male successit, Esth. 3. 3

Quia non conclusit ostia ventris, egressus ex utero non statim perit? &c. Job. 3. 10

Non in vulva mortuus sum, egressus ex utero non statim perit? &c. Job. 3. 10

Veniens enim in verbis suis, Job. 32. 2

Patuus statim indicat iram suam: qui autem dissimulat injuriam, callidus est. Prov. 22. 20

Vae his, qui perdidit sententiam, qui dereliquerunt vias rectas, & diverterunt in vias pravas. Eccl. 2. 16

Frater filii prodigi, audis festum, quod facit pater adolescentiori filio revertenti, impatiens natus intus. Luc. 15. 28

TITULUS X

Impii

Impiorum dicta, facta, & cogitata contra jus.

Dixerunt enim (impii) cogitantes apud se non recte: Exiguum, & cum tardo est tempus vite nostrae, & non est refrigerium in fine hominis, & non est qui agnitus sit reverfus ab inferis: quia ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus tanquam non fuerimus, &c. Sap. 2. 1. Venite ergo, & fruamur bonis quae sunt, & utamur creatura tanquam in juvenute celeriter. Vino pretiosis, & unguentis nos impleamus: & non praeferat nos flos temporis &c. Ibid. v. 6. Per totum.

Dum superbit impius, incenditur pauper: comprehenduntur in consiliis, quibus cogitant. Quoniam laudatur peccator in desideriis animae suae, & iniquus benedicitur. Exacerbativum Dominum peccator, secundum multitudinem irae suae non quareat. Non est Deus in conspectu ejus: iniquitate sunt viri illius in omni tempore, &c. Psal. 9. 23. Dixit enim in corde suo: Non movebor a generatione in generationem sine malo. Cujus maledictione os plenum est: & amaritudine & dolo. sub lingua ejus labor & dolor. Sedet in insidiis cum divitiibus in occultis, ut interficiat innocentem, &c. Ibid. v. 27. Per totum.

Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, paraverunt sagittas suas in pharetra, ut fugitent in obscuro rectos corde. Psal. 10. 3

Vana locuti sunt uniusquisque ad proximum suum: labia dolosa, in corde & corde locuti sunt, &c. Psal. 11. 2

Dixit insipiens in corde suo: Non est Deus. Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in studiis suis: non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. Sepulcrum patens est guttur eorum: linguas suis dolose agebant, venenum aspidum sub labiis eorum. Quorum os maledictione & amaritudine plenum est: veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Psal. 13. 1. Per totum.

Ne delesteris in semitis impiorum; nec tibi placeat malorum via. Fuge ab ea, nec transeas per illam; declina & desere eam. Non enim dormiant, nisi malefecerint, &c. Prov. 4. 14

Impiorum prosperitas

Numquid bonum tibi videtur, si calumniaris me, & opprimas me opus manuum tuarum, & consilium impiorum adjuves? &c. Job 10. 3

Quare ergo impii vivunt, sublevati sunt, confortatique divitiis? Ibid. 21. 7. Bos eorum concepit, & non abortivit: vacca peperit, & non est privata fetu suo. Ibid. v. 10

Cogitaverunt, & locuti sunt nequitiam: iniquitatem in excessu locuti sunt. Psal. 72. 8

Cum exorti fuerint peccatores sicut senium: & appauerint omnes, qui operantur iniquitatem. Psal. 91. 8

Numquid meliora faciunt, qui habitant Babylonem? Et propter hoc dominabitur Sion? &c. Ezech. 5. 5. Nihil memini quomodo debeat derelinqui via haec? Numquid meliora facit Babylon quam Sion? Ibid. v. 31

Iustus quidem tu es Domine, si disputem tecum: verumtamen iusta loquar ad te. Quare via impiorum prosperatur: bene est omnibus, qui pravaverunt, & inique agunt? Plantasti eos, & radicem miserunt: proficiunt, & faciunt fructum: prope es tu ori eorum, & longe a rebus eorum. Et tu Domine nostri me, &c. Jerem. 12. 1

Mundi sunt oculi tui, ne videas malum, & respicere ad iniquitatem non poteris: quare respicis super iniqua agentes, & taces devotante impio iustiorum? &c. Habac. 1. 13

Impio.

Impiorum prosperitas bonis admirationem parit.

Quare ergo impii vivunt, sublevati sunt, confortatique divitiis? &c. Job 21. 7. Dicunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Ibid. v. 13

Mei autem pene moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei: quia zelavi super iniquos, patrum peccatorum videns. Psal. 72. 2. Per totum.

Impius quidem vivit tempore in malitia sua, &c. Eccles. 7. 16

Iustus quidem tu es Domine, si disputem tecum: verumtamen iusta loquar ad te: Quare via impiorum prosperatur: bene est omnibus qui pravaverunt, & inique agunt? Plantasti eos, & radicem miserunt: proficiunt, & faciunt fructum: prope es tu ori eorum, & longe a rebus eorum. Et tu Domine nostri me, &c. Jerem. 12. 1

Mundi sunt oculi tui, ne videas malum, & respicere ad iniquitatem non poteris: quare respicis super iniqua agentes, & taces devotante impio iustiorum? &c. Habac. 1. 13

Ergo nunc beatos dicimus arrogantes: siquidem edificati sunt facientes impietatem, & tenaverunt Deum, & salvi facti sunt. Malach. 3. 15

Impii incidunt in mala, quae pili paraverunt.

Cumque inspexisset Philisthaus, & vidisset David, desepxit eum. Erat enim adolescens rusticus, & pulcher aspectu. Et dixit Philisthaus ad David: Numquid ego canis sum, quod tu venis ad me cum baculo? Et maledixit Philisthaus David in diis suis. Dixitque ad David: Veni ad me, & dabo carnes tuas volatilibus caeli & bestiis terrae, &c. 1. Reg. 17. 42. Cum ergo surrexisset Philisthaus, & veniret, & appropinquaret contra David, infestavit David, & occurrit ad pugnam ex adverso Philisthai: Et misit manum suam in peram, tulitque unum lapidem, & funda jecit: & circumducens, percussit Philisthaum in fronte: & infixus est lapis in fronte ejus, & cecidit in faciem suam super terram, &c. Ibid. v. 48

Dixitque Saul ad armigerum suum. Evagina gladium tuum, & percutite me: ne forte veniant in circuitu isti, & interficiant me, illudentes mihi. Et noluit armiger ejus: fuerat enim nimio terrore perterritus: arripuit itaque Saul gladium, & irruit super eum (scilicet gladium). Quod cum vidisset armiger ejus (videlicet quod mortuus esset Saul) irruit etiam ipse super gladium suum, & mortuus est cum eo. Mortuus est ergo Saul, & tres filii ejus, & armiger illius, & universi viri ejus in die illa pariter. Ibid. 31. 4

Suspensus est itaque Aman in patibulo, quod paraverat Mardocheo: regis ira quievit. Esth. 7. 10. Judith. 13. 4

Lacum aperuit, & effodit eum: & incidit in foveam, quam fecit. Psal. 7. 16

Exultabo in salutare tuo: infixae sunt gentes in interitum, quem fecerunt, &c. Ibid. 9. 16

Veniat illi laqueus, quem ignorat: & captio, quam abscondit, apprehendat eum: & in laqueum cadat in ipsam. Ibid. 34. 8

Gladium evaginaverunt peccatores: intenderunt arcum suum, ut desiciant pauperem & inopem: ut trucident rectos corde. Gladius eorum intret in corda ipsorum: & arcus eorum contingatur. Ibid. 36. 14

Qui fodit foveam, incidet in eam: & qui voluit lapidem, revertetur ad eum. Prov. 26. 27

Qui fodit foveam incidet in eam: & qui dissipat sepe, mordebit eum coluber. Eccles. 10. 8. Jerem. 48. Per totum. Judith. 13. 4

Vae qui praeferis, nonne & ipse praeferberis? & qui spernis, nonne & ipse sperneris? cum consummaveris depraedationem, depraedaberis: cum fatigatus defeceris contemnere, contemneris. Psal. 37. 1

Nain iustis regis urgebat: Fornax autem succensa erat nimis. Porro viros illos, qui miserant Simeon, Misach, & Abdenago, interfecit flamma ignis. Dan. 3. 23

Jubente autem rege, adducti sunt viri illi, qui accusaverant Danielem: & in lacum leonum missi sunt, ipsi, & filii, & uxores eorum: & non pervenerunt usque ad pavimentum lacus, donec arripissent eos leones, & omnia ossa eorum comminuerunt. Ibid. 6. 24

Cassiphanes Sufanensis impudensissimi presbyteri cum ejus concubina sui non possent, falso adulterii accusant: sed cum ad mortem duceretur omnem exaudivit Deus, & per puerum Danielem prope ore concubinae sepe tres milia populus interimit. Ibid. 13

Qui in altum mittit lapidem, super caput ejus cadet: & plaga dolosa, dolosi dividit vulnera. Et qui foveam fodit, incidet in eam; & qui statuit lapidem proximo, offendet in eum: & qui laqueum alii ponit, peribit in illo. Eccl. 27. 28

Reddite illi sicut & ipsa (loquitur de Babylone) reddidit vobis, & duplicite duplicia secundum opera ejus: in poculo quo miscuit, miscete illi duplum. Apoc. 18. 6

Impii incidunt frequenter in malum quod timeant.

Qui timeant puinam, irruet super eos nix, &c. Job 6. 16

Ego quoque in interitum vestro ridebo, & subsannabo, cum vobis id, quod timebatis, adveniet. Prov. 1. 26

Quod timet impius, veniet super eum: desiderium suum iustus dabitur. Ibid. 10. 24

Haec omnia elegerunt in viis suis, & in abominationibus suis animae eorum delectata est. Q 4 Unde

Quia in diem perditionis seruat malus, & ad diem furoris ducetur. *Job 21. 30*
 Invenitur manus tua omnibus inimicis tuis. Pones eos ut clibanum ignis in tempore
 vultus tui. Quoniam declinaverunt in te mala. *Psal. 20. 9*
 Iniquitates sua capiunt impiam, & funibus peccatorum suorum constringitur. Ipse morietur,
 quia non habuit disciplinam, & in multitudine stultitiae suae decipietur. *Prov. 5. 22*
 Ex anni impiorum breviabuntur. *Ibid. 18. 27*
 Ex in impietate sua corruet impius. *Ibid. 11. 5*
 In malitia sua expelletur impius: sperat autem justus in morte sua. *Ibid. 14. 32*
 Ne impie agas multum: & noli esse stultus, ne moriaris in tempore non tuo. *Ecclesi. 7. 18*
 Impii autem secundum quae cogitaverunt, correctionem habebunt: qui neglexerunt justum,
 & a Domino recesserunt. *Sap. 3. 10*
 Talia dixerunt in inferno hi, qui peccaverunt: quoniam spes impii, tanquam lanugo est,
 quae a vento tollitur: & tanquam spuma fragilis, quae a procella dispergitur: & tanquam fumus,
 qui a vento diffusus est: & tanquam memoriae hospitis unius diei praetereuntis. *Ibid. 5. 14*
 Vindicta carnis impii, ignis & vermis. *Ecclesi. 7. 19*
 Vae vobis viri impii, qui dereliquisti legem Domini Altissimi. Et si nati fueritis, in ma-
 ledictione nascerini: & si mortui fueritis, in maledictione erit pars vestra. *Ibid. 41. 11*
 Omnia quae de terra sunt, in terram convertentur: sic impii a maledictione in perditionem.
Ibid. 1. 13. Cap. 40. 11
 Vae impio in malum: retributio enim manuum eius fiet ei. *Ista. 3. 11*
 Misereamur impio, & non discet justitiam (facere): in terra Sanctorum iniqua gessit, &
 non videbit gloriam Domini. *Ibid. 26. 10*
 Si autem avertit se justus a justitia sua, & fecerit iniquitatem secundum omnes abominati-
 ones, quas operari solet impius, numquid vivet? Omnes justitiae eius, quas fecerat, non
 recordabuntur: in praevicatione, quae praeviaritas est, & in peccato suo, quod peccavit, in-
 ipso morietur. *Ezech. 18. 24*

Prole.

Oculi autem impiorum deficiant, & effugium peribit ab eis, & spes illorum abominatio
 animae, *Job 11. 20*
 Quoties lucerna impiorum extinguetur, & superveniet eis inundatio, & dolores dividet fu-
 roris sui? Erunt sicut palea ante faciem venti, & sicut favilla, quam turbo dispergit. Deus
 servabit filius illius dolorem patris: & cum reddiderit, tunc sciet. *Ibid. 21. 17*
 Fructum eorum de terra perdes: & semen eorum a filiis hominum. *Psal. 20. 11*
 Injusti autem disperibunt simul: reliquiae impiorum interibunt. *Ibid. 36. 38*
 Nepotes impiorum non multiplicabunt ramos. *Ecclesi. 40. 15*

Fama.

ET nomen impiorum putrefcet. *Prov. 10. 7*
 Qui derelinquit legem, laudant impium. *Ibid. 28. 4*
 Condemnat autem justus mortuos vivos impios, & juvenes celerius consummata, longam
 vitam injusti. *Sap. 4. 16*
 Videbunt enim finem sapientis, & non intelligent quid cogitaverit de illo Deus, & quare
 munierit illum Dominus. Videbunt enim, & contemnent eum: illos autem Dominus iride-
 bit. Et erunt post haec decedentes sine honore, & contumelia inter mortuos in perpetuum.
Ibid. v. 17

Substantia temporalis.

ET tabernaculum impiorum non subsistet. *Job 8. 22*
 Non sic impius, non sic: sed tanquam pulvis, quem projecit ventus a facie terrae. *Psalm. 1. 4*
 Vili impium superexaltatum, & elevatum super cedros Libani: & transivit, & ecce non
 erat. *Ibid. 36. 35*
 Egestas a Domino in domo impii. *Prov. 3. 33*
 Quod timet impius, veniet super eum. *Ibid. 10. 24*
 Non roborabitur homo ex impietate. *Ibid. 12. 3*
 Domus impiorum delebitur. *Ibid. 14. 11*
 Fugit impius in nemine persequente. *Ibid. 28. 8*
 Substantiae injustorum sicut fluvius siccatibus, & sicut tonitruum magnum in pluvia perso-
 nabunt. *Ecclesi. 40. 13*

TITULUS XL

Impositio Manuum.

Impositio manuum varia in veteri testamento.

QUI (loquitur de Jacob agitante, & benedicente Joseph, cujus filius Manasse & Ephraim
 Jacob sibi adorat & benedicit) extendens manum dexteram, posuit super caput
 Ephraim

Ephraim minoris fratris: sinistram autem super caput Manasse, qui major natu erat, &
Gen. 48. 24
 Applicabis & vitulum coram tabernaculo testimonii. Imponetque Aaron, & filii ejus ma-
 nus super caput illius, & mactabis eum in conspectu Domini, &c. *Exod. 29. 10*
 Ponetque manum super caput Hostiae, & acceptabilis erit, atque in expiationem ejus pro-
 ficens. Immolabitque vitulum coram Domino, &c. *Lev. 1. 4*
 Ponetque manum super caput Victimae suae, quae immolabitur in introitu tabernaculi testi-
 monii, fundente filii Aaron sacerdotes sanguinem per altaris circuitum. *Ibid. 3. 2*
 Fecit Moyses, ut praeeperat Dominus. Cumque tulisset Josue, statuit eum coram Eleazaro Sa-
 cerdote, & omni frequentia populi. Et impositis capiti ejus manibus, cuncta replicavit, quae
 mandaverat Dominus. *Num. 27. 23*
 Confurgentes autem duo presbyteri in medio populi, posuerunt manus suas super caput ejus
 (Sofanna scilicet.) *Dan. 13. 34*
 Et complexans eos (scilicet parvulos), & imponens manus super illos, benedicebat eos. *Mar. 10. 16*

Impositio manuum in Sacramento Ordinis & Confirmationis.
 ET elegerunt Stephanum, virum plenum fide & Spiritu Sancto, & Philippum, & Prochorum,
 & Nicanorem, & Timonem, & Parmenam, & Nicolai advenam Antiochenum. Hos ita-
 querunt ante conspectum Apostolorum & orantes imposuerunt eis manus. *Act. 6. 5*
 Qui cum venissent (Petrus & Joannes in Samaritiam) oraverunt pro ipsis, ut acciperent
 Spiritum Sanctum: nondum enim in quemquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant
 in nomine domini Jesu. Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum San-
 ctum. *Ibid. 8. 15*

Segregate mihi Saulum, & Barnabam, in opus ad quod assumpsi eos. Tunc jejunantes & oran-
 tes, imponentesque eis manus, dimiserunt illos. *Ibid. 13. 2*
 His auditis baptizati sunt (quidam discipuli Ephepsi) in nomine Domini Jesu. Et cum impo-
 sisset illis manus Paulus, venit Spiritus Sanctus super eos, & loquebatur linguis, & pro-
 phetabant. *Ibid. 19. 5*
 Noli negligere gratiam, quae in te est, quae data est tibi per prophetiam, cum impositione
 manuum Presbyterii. *1. Tim. 4. 14*
 Manus cito nemini imposueris, neque communicaveris peccatis alienis. *Ibid. 5. 22*
 Propter quam causam admoneo te (loquitur de fide Timothei, non filii) ut restituas gratiam
 Dei, quae est in te, per impositionem manuum mearum. Non enim dedit nobis Deus spiri-
 tum timoris, sed virtutis, & dilectionis, & sobrietatis. *2. Tim. 1. 6*

TITULUS XII

Impudicitia contra naturam.

Vocaveruntque Loth (viri civitatis Sodoma) & dixerunt ei: Ubi sunt viri, qui introierunt ad
 te nocte (erant enim duo Angeli, quos Loth recepit in domum suam) educ illos huc, ut cognos-
 scamus eos. Egredius ad eos Loth post tergum occultans ostium, ait: Nolite quae fratres mei,
 nolite malum hoc facere. Habeo duas filias, quae necdum cognoverunt virum: educam eas ad
 vos & abutimini eis sicut vobis placerit, dummodo viris istis nihil mali faciat, quia ingressi
 sunt sub umbra culminis mei. *Gen. 19. 5*
 Qui masculo non commisceris coitu femineo, quia abominatio est. *Lev. 18. 22*
 Qui dormierit cum masculo coitu femineo: uterque operatus est nefas, morte morietur: at
 sanguis eorum super eos. *Ibid. 20. 13*
 Illis opulentiibus (Levita cum uxore sua, quam a parentum domo reduxit) & post laborem
 itineris, cibo & potu resistentibus corpora, venerunt viri civitatis illius, filii Belial, id est
 absque jure, & circumdantes domum senis, fores pulsare coeperunt, clamantes ad Dominum
 domus, atque dicentes: Educ virum, qui ingressus est domum tuam, ut abutatur eo. Egres-
 susque est ad eos senex, & ait: Nolite frateres, nolite facere malum hoc, quia ingressus est
 homo hospitium meum, & cessate ab hac stultitia: habeo filiam virginem, & hic homo habet
 concubinam, educam eas ad vos: ut humilietis eas, & vestram libidinem complectaris: tantum
 obsecro, ne scelus contra naturam operemini in virum, &c. *Judic. 19. 22*
 Propterea tradidit illis Deus in passiones ignominiae. Nam feminae eorum immutaverunt
 naturalem usum, in eum usum, qui est contra naturam. Similiter autem & masculi relicto
 naturali usu feminae, exarserunt in desideriis suis in invicem, masculi in masculos turpitudinem
 operantes, & mercedem, quam oportuit, erroris sui in semetipso recipientes. Et sicut non
 probaverunt Deum habere in notitia tradidit illos Deus in reprobam sententiam: ut faciant ea,
 quae non conveniunt, &c. *Rom. 1. 26*
 Nolite errare: Neque fornicarii, neque idolis servientes, neque adulteri, neque molles, ne-
 que masculorum concubitores, neque avari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces, ne-
 gum Dei possidebant. *1. Cor. 6. 9*

Lex iusto non est posita, sed iniustus & non subditis, impiis & peccatoribus, sceleratis & contaminatis, parricidis & matricidis, homicidis; fornicariis, masculorum concubitoribus, &c. 1. Tim. 1.9.

TITULUS XIII.

Incantationes & maleficia.

Vocavit autem Pharaon sapientes & maleficos: fecerunt etiam & ipsi per incantationes Ægyptiacas, & arcana quadam similiter. Proieceruntque singuli virgas suas, quæ versæ sunt in dracones: sed devoravit virga Aaron virgas eorum. Exod. 7.11

Feceruntque similiter malefici incantationibus suis, ut educerent sciniphes, & non potuerunt: erantque sciniphes tam in hominibus quam in iumentis. Ibid. 8.18

Maleficos non patieris vivere. Ibid. 22.18
Non declinetis ad magos, nec ab ariolis aliquid sciscitemini, ut polluamini per eos: ego Dominus Deus vester. Lev. 19.31

Anima quæ declinaverit ab magos & ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam illam de medio populi sui. Ibid. 20.6. Vir, five mulier, in quibus pythonicus, vel divinationis fuerit spiritus, morte moriantur, lapidibus obruent eos: sanguis eorum sit super illos. Ib. v. 27.

Nec inveniatur in te, qui laetret filium suum, aut filiam, ducens per ignem: aut qui ariolos sciscitetur, & observet somnia atque auguria, nec sit maleficus, nec incantator, nec qui pythones consulat, nec divinos, aut quærat a mortuis veritatem. Deut. 18.10

Philistini contra Saul armantur, ad quod bellum pollicetur sibi Achis. Saul occisit magi, Pythonicam consulit, suscitari iubens Samuelem, a quo suam suorumque proximum mortem didicit. 1. Reg. 28

Et consecraverunt (filii Israel, quorum factura hic commemoratur) filios suos, & filias suas per ignem: & divinationibus inserviebant, & auguriis: & tradiderunt se, ut facerent malum coram Domino, ut irritarent eum. 4. Reg. 17.17

Et traduxit (Manasses) filium suum per ignem: ariolatus est, & observavit auguria, & fecit pythones, & auspices multiplicavit, ut faceret malum coram Domino, & irritaret eum. Ibid. 21.6

Proiecit enim populum tuum, domum Jacob: quia repleti sunt ut olim, & augures habuerunt ut Philisthim, & pueris alienis adhaerunt. Isa. 2.6

Ego sum Dominus... irrita faciens signa divinatorum, & ariolos in furorem vertens. Convertens sapientes retrorsum: & scientiam eorum stultam faciens: Ibid. 44.25

Defecisti (Babylon) in multitudine consiliorum tuorum: stent, & salvent te augures cæli, qui contemplantur sidera, & supputabant menses: ut ex eis annuntiarent ventura tibi. Ib. 47.13

Hæc dicit Dominus: Juxta vias gentium nolite discere: & a signis cæli nolite metueri, quæ timeant gentes, quia leges populorum vanæ sunt, &c. Jerem. 10.2

Præcepit autem rex (Nabuchodonosor) ut convocarentur arioli, & magi, & malefici, & Chaldaei, ut indicarent regi somnia sua, &c. Daniel. 2. 2. & v. 10. & v. 27. Vide & cap. 4. 6. 5. 7.

E perdam civitates terræ taz (Jerusalem) & destruaam omnes munitiones tuas, & auferam maleficia de manu tua, & divinationes non erunt in te. Mich. 5. 11

Vir autem quidam nomine Simon, qui ante fuerat in civitate magus, seducens gentem Samaritanæ, dicens se esse aliquem magnum. Act. 8.9. Cap. 19. 13. cap. 13. 6

Factum est autem euntibus nobis ad orationem, puellam quamdam habentem spiritum pythone obviare nobis, quæ quantum magnum præstabat dominis suis divinando. Ibid. 16. 16. Cap. 19. 19.

Manifesta sunt autem opera carnis: quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum servitus, veneficia, inimicitia, contentiones, amulationes &c. Galat. 5. 19

Timidis autem, & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idololatriis, & omnibus mendacibus, pars illorum erit in stagno ardenti igne & sulphure: quod est mors secunda. Apoc. 21.8

TITULUS XIV.

Incensus generis peccatorum.

Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedit, ut revelet turpitudinem ejus. Ego turpitudinem patris tui, & turpitudinem matris tue non discoperis &c. Levit. 18.6

Qui dormierit cum noverca sua, & revelaverit ignominiam patris sui, morte moriantur ambobus: sanguis eorum sit super eos. Lev. 20. 11. Qui supra uxorem filiam, duxerit matrem ejus: scelus operatus est: vivus ardebit cum eis, nec permanebit tantum metas in medio vestri. Ibid. v. 14.

Non

Non accipiet homo uxorem patris sui, nec revelabit opementum ejus. Deut. 22.30
Omnino non uter vos fornicatio: & talis fornicatio, qualis nec inter Gentes, ita ut uxorem patris suis aliquis habeat. Et vos testati estis, & non magis lectum habuistis, ut tollatur de medio vestrum, qui hoc opus fecit. 1. Cor. 5. 1

TITULUS XV.

Inconstancia populi.

Rediens Moyses de terra Madian in Ægyptum, narravit... omnia verba Domini, quibus miserat eum. Exod. 4. 28. Sequitur. Et credidit populus. Audieruntque, quod visisset Dominus filios Israel... & prioni adoraverunt. Postea vero cum essent afflicti ab exercitibus Pharaonis, dixerunt Moysi & Aaron: Videat Dominus, & judicet, quoniam scetere fecistis odorem nostrum coram Pharaone & servis ejus, & prabuistis eis gladium, ut occideret nos. Ibid. v. 31. Cap. 5. 21

Cum post ventas Ægypti plagas dixit & armati egredierentur filii Israel de Ægypto, Dominus præcedente, & viam istam eis per rubrum & ignem ostendente. Ibid. 13. 21. v. 21.

Viderunt Ægyptios post se venientes: & timerunt valde: ... & dixerunt ad Moysen: Forsitan non erant sepulcra in Ægypto, ideo tulistis nos, ut morem in solitudine. Ibid. 14. 10.

Deinde confortati sunt per Moysen, cum Dominus mare rubrum dividisset, & populum sicco pede transfecisset, & sumensus esset exercitus Pharaonis. Ib. v. 13. Timuitque populus Dominum, & crediderunt Domino, & Moysi servo ejus, dicens: Cavemus Domino gloriose, &c. Ib. v. 31.

Satis autem cito post venientes in Mara murmuravit populus propter aquas nimis amaras. Ibid. 15. 24. Quibus per lignum appositum dulcoratis, consequenter murmuraverunt pro defectu cibi. Ib. v. 25. Dixeruntque Filii Israel ad eos (ad Moysen & Aaron): Utinam mortui essemus per manum Domini in terra Ægypti, quando sedebamus super ollas carnum, &c. Et misit Dominus visere carum, & manna pluit eis de celo mane. Cap. 16. 3. Ib. v. 13.

Post hoc cum daturus esset eis legem, dixerunt: Quæta que locutus est Dominus, faciemus. Ibid. 19.8

Cum narraisset eis Moyses verba & præcepta, quæ a Domino acceperat, similia verba dixerunt. Ibid. 24. 3

Cum autem moram faceret Moyses in monte cum Domino, in descriptione tabernaculi congregatus est populus adversus Aaron, & ait: Fac nobis deos, &c. Ibid. 32. 1

Deinde cum erectum esset tabernaculum, & facta oblationes principum, post numerationem bellatorum & Levitarum, cum essent omnia ordinata, quomodo debent professi in via, post modicum temporis ortum est murmur populi, quasi dolentium pro labore contra Dominum. Num. 11. 1

Paulo post audita relatione exploratorum, murmuravit populus, & sperit. Dixeruntque alter ad alterum: Constituamus nobis duces, & revertamur in Ægyptum. Ibid. 13. 31. Cap. 14. 4

Inconstans populus ex post facto cum audierunt dissimulationem Domini eorum murmur, voluerunt statim ascendere terram, & fugare contra Moysi voluntatem, sed fuerunt ab hostibus abelati. Ibid. 14. 39

Reversus in ledicione Coe multi surrexerunt contra Moysen & Aaron, quibus terribiliter castigatis, tamen iterum: Murmuravit autem omnis multitudo filiorum Israel, ... contra Moysen & Aaron, dicens: Vos interfecistis populum Domini. Cumque otriret israel, & tumultus increveret, &c. Ibid. 16. 41.

Cum autem per miraculum virga Aaron composuisset eos Dominus, dixerunt: Ecce consumpti sumus, omnes perivimus. Quicumque accedit ad tabernaculum Domini, morietur. Ib. 17. 12

Uterius procedentes venerunt ad aquas contradictionis, ubi taliter iurgati sunt adversus Moysen & Aaron, quod ipsi etiam diffisi sunt de virtute divina, propter quod & puniti sunt a Domino. Ibid. 20. 5. v. 12.

Postea fornicatus est populus cum filiabus Moab, quæ convocaverunt eos ad sacrificia sua... initiatusque est Beelphegor. Ibid. 25. 1. Et præcepit Dominus principi suspendi contra solum. Ibid. 24.

Cum liberasset Gudeon populum de manu Madian, dixerunt omnes ad eum: Dominate nostri tu, & filius tuus, & filius filii tui. Ipse tamen merito, cum haberes septuaginta filios, nullum de ipsis assumere in principem, & Dominum exoravit. Judic. 8. 22. v. 35. & cap. 16.

Samuel liberavit populum de manu bestium, & recuperavit urbes; postea congregati sunt, & petierunt legem contra voluntatem Domini & Samuelem. 1. Reg. 7. 13. Cap. 8. 6

Quamvis David ita bene populum rexisset, & res victorias habuisset, tamen satis cito facta est conjunctio palatia contra eum. Populus vero inconstans agebatur cum Absalon. Ibid. 15. 12

Sic & sub Salomone filii Israel temporalium rerum abundantiam habuerunt, & honore maximo floruerunt: cum tamen inconstans a filio suo invidere parte, propter unicum durum verbum, cito recesserunt. 3. Reg. 12. 16

Audientes filii Israel terribilem potentiam Holofernis, preoccupaverunt omnes vertices montium, & maris

& maris

Et muris circumdederunt vias suas, & congregaverunt frumenta in preparationem pugnae. Postmodum cum vidissent se aritari ab exercitu, congregati sunt ad Oclam omnes simul, & dixerunt: Iulicet Deus inter nos & te, quoniam fecisti in nos mala, nolens loqui pacifice cum Assyriis. *Judith* 4. 3. Cap. 7. 13.

Cumque complexisset Jeremias loquens omnia quae praeceperat ei Dominus, ut loqueretur ad universum populum, apprehenderunt eum sacerdotes & prophetae & omnis populus, dicens: Mor-te moriatur. Et post pauca dixerunt principes, & omnis populus ad Sacerdotes: Non est viro huic iudicium mortis. *Jerem.* 26. 8. lb. v. 16.

Accersit omnes, a parvo ad maximum ad Jeremiam Prophetam, & dixerunt, Omne verbum, in quo miseris Deus ad nos, faciemus, sicut bonum, sicut malum. Cumque post decem dies intinisset eis Jeremias Domini voluntatem, dixerunt ei: Mandacium tu loqueris, non misit te Dominus... sed Baruch filius Neria, incitat te ad verbum nos... Et non audivit... universus populus vocem Domini, &c. *Judith.* 42. 1. & 43. 2.

Cito crederit duobus Presbyteris senibus multitudine, & condemnaverunt eam (Susannam) ad mortem: & paulla post. *Dan.* 13. 41. reoritur est populus cum festinatione, Et confurterunt adversus duos presbyteros... te... inique eis, sicut male egerant adversus proximum. lb. v. 16.

Cum quadam die esset Dominus in civitate Nazareth, & diceret ei Judaei, factis bono modo, ut faceret tibi miracula, sicut in Capernaum feceras. *Luc.* 4. 13. post miracula increpationem, quam dixit eis, repleti sunt ira, & eiecerunt eum extra civitatem, & voluerunt eum precipitare de supercilio montis. *Ibid.* v. 29.

Quando facta vocat Dominus quinque milia hominum de quinque panibus & duobus piscibus voluerunt eum rapere, & facere regem. *Joan.* 6. 5. Cito autem post ceperunt increduli disputare, & quare: Quod ergo tu facis signum, ut videamus, & credamus tibi. lb. v. 40.

Videntes Judaei Lazarum suscitatum, & multa alia facta miracula per Dominum Jesum, venerunt ei etiam cum magno honore: at tamen respere circumspiculis oculibus Jesum non invenit, quoniam ad hospitium invitarat. *Ibid.* 11. 45.

Quoties dicit ante Pascha Jesum recepit populum cum magno tripudio & honore, & per hebdomadam omni populo erat suspensus ad verba eius, & manserunt ibi cum eo in templo audire eum, festis vero factis, in die Parasceve, clamaverunt omnes crucifigatur. *Matth.* 27.

Cum Paulus & Barnabas essent Lybrie, & quidam claudus p. r. Paulum fuisse curatus, turbis istis esse deos clamabant, &c. *Act.* 14. 9. Supervenerunt autem quidam... Judaei: & perussis turbis, lapidantesque Paulum traxerunt extra civitatem existimantes eum mortuum esse. *Ibid.* v. 18.

Incontinentia. Vide Luxuria.

Incredulitas, Vide Fides.

Increpacio. Vide Descensionem increpacio. Item Correll'o fraterna.

TITULUS XVI.

Indulgentia.

NE dicas: Reddam malum (pro malo); & expecta Dominum, & liberabit te. *Prov.* 20. 22. *Rom.* 12. 17. 1. *Thess.* 5. 15. 1. *Petr.* 3. 9.

Relinque proximo tuo nocenti te: & nunc deprecanti tibi peccata solventur. *Ecclesi.* 18. 2. Si ergo offers munus tuus ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adversum te: relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniens offers munus tuum. *Matth.* 5. 23. *Marc.* 11. 25.

Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum: dimittet & vobis Pater vester caelestis delicta vestra. *Ibid.* 6. 14.

Si autem non dimiseritis hominibus: nec Pater vester dimittet vobis peccata vestra. *Ibid.* v. 15.

Cum patientia supponentes invicem in caritate, & donantes vobismetipsis, si quis adversus aliquem habet querelam. *Coloss.* 3. 13.

Non recedens malum pro malo, nec maledictum pro maledicto, sed e contrario benedictus: quia in hoc vocati estis, ut benedictionem hereditate possideatis. 1. *Petr.* 3. 9.

ET tibi dabo claves regni caelorum... & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in caelis. *Matth.* 16. 19.

Cui autem aliquid donastis, & ego: nam & ego quod donavi, si quid donavi, propter vos in persona Christi. 2. *Cor.* 2. 10.

Et miseris etiam Sanctorum.

QUI nunc gaudeo (loquitur de se Apostolus) in patientibus pro vobis, & adimpleo ea quae desunt passionum Christi, in carne mea, pro corpore ejus, quod est Ecclesia. *Coloss.* 1. 24.

T L

TITULUS XVII.

Indumenta.

ET allax gratia, & vana est pulcritudo. *Prov.* 31. 30. Corpus vestrum plus est, quam vestimentum. *Matth.* 6. 25. Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet escas, similiter faciat. *Luc.* 3. 11. *Jac.* 2. 15. Habentes autem alimenta, & quibus regamur, his concuti simus. 1. *Tim.* 6. 8.

TITULUS XVIII.

Induratio oritur ex Gratia subtrahitione iustae.

VIDE, ut omnia ostenta, quae posui in manu tua, facias coram Pharaone: ego indurabo cor ejus, & non dimittet populum meum. *Exod.* 4. 11. *Joan.* 12. 40. Ego enim induravi cor ejus, & serorum illius. *Ibid.* 10. 1. Et indurabo cor ejus, & persequetur vos: & glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu ejus. *Ibid.* 14. 4. *Ista.* 6. 10. *Matth.* 13. 14.

Domini enim sententia fuerat, ut indurarentur corda eorum. *Josue* 11. 20. Igitur non est volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei. Dicit enim Scriptura Pharaoni: Quia in hoc ipsum excitavi te, ut ostendam in te virtutem meam: & ut annuntiaret aemem meam in universa terra. Ergo cujus vult, miseretur: & quem vult indurat. *Rom.* 9. 16. *Marc.* 4. 11. *Luc.* 8. 10.

Namquid Israel non cognovit? Primus Moyses dicit: Ego ad amulationem vos adducam in non gentem: in gentem insipientem, in iram vos mittam. Ista autem audivit, & dicit: Inventas sum a non querentibus me: palam apparui his, qui me non interrogabant. Ad Israel autem dicit: Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, & contradicentem mihi. *Ibid.* 10. 19. *Deut.* 32. 22. *Ista.* 6. 1. *Joan.* 12. 40. *Act.* 28. 26. *Rom.* 11. 8.

Ex gratia responsa iniqua.

ET testificatus est Dominus in Israel & in Juda, per manum omnium Prophetarum, & Videntium, dicens: Revertimini a vis vis vestris pellibus, & custodite praecpta mea... Qui non audierunt, sed induraverunt cervicem suam juxta cervicem patrum suorum, qui noluerunt obedire Domino Deo suo. 4. *Reg.* 17. 13.

Audite me duro corde, qui longe estis a justitia. Prope feci justitiam meam, non elongabitur, & salus mea non morabitur. *Ista.* 46. 12.

Scivi enim quia durus es tu, & nervus ferreus cervix tua, & frons tua aerea. *Ibid.* 48. 4.

Quare ergo dixit populus meus: Recedimus, non veniemus ultra ad te? *Jerem.* 2. 37.

Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluit erubescere. Ergo saltem amodo voca me: Pater meus, dux virginum tuarum tuarum... Ecce locuta es, & fecisti mala, & potuisti. Et pro verbis penitentis verba superbia blasphemasti. *Ibid.* 3. 3.

Percussisti eos, & non doluerunt, attrivisti eos, & reouertit accipere disciplinam: induraverunt facies suas supra petram, & noluerunt reverti. Ego autem dixi: Postquam pauperes sunt & stulti, ignorantem viam Domini, & iudicium Dei sui. Ibo igitur ad optimates, & loquar eis: Ipsi cognoverunt viam Domini, & iudicium Dei sui: & ecce magis hi simul confregunt iugum, rupeunt vincula. *Ibid.* 5. 3.

Quapropter sicut dicit Spiritus Sanctus: Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra, &c. *Hebr.* 3. 7. *Psal.* 94. 8.

Induratio dicitur panitur.

VAE qui contradicit factori suo. *Ista.* 45. 9. Ecce ego inducam super civitatem hanc, & super omnes urbes ejus universa mala, quae locutus sum adversus eam, quoniam induraverunt cervicem suam, & non audierunt sermones meos. *Jerem.* 19. 17.

TITULUS XIX.

Infernus.

Infernus & damnatio parata diabolo & angelis suis. Vide damnatio.

Inferni parva varia & horribilia.

TRIBULATIO incendium Sodoma & Gomorrae civis imago ignis infernalis, qua Deus peccatores punit. *Gen.* 29. 24. *Tellatur* S. Petrus. 2. *Epist.* 2. 6. quod Deus horum civitatum incendium exemplum posuerit eorum, qui impij agunt.

Esau, cum primogenita vendidisset, abiit parvipendens. *Gen.* 25. 34. Sed cum postea vidit se exclusum a hereditate primogeniti, irruit clamore magno, & contumaciter est. Sic peccatores tunc parvi pendunt, quod Deum, vitam, & jus ad aeternam beatitudinem pro brevi voluptate vendunt, sed cum se exclusos, & ad infernum condemnatos vident, irruunt similiter clamore magno. *Cap.* 27. 34. &c.

Tent.

